PROLVDIVM.

QVIS exundantem lætitiæ cumulum angustis audeat terminis carcerare? (Reuerédissime Pater, totius nobilissimæ Redemptricis familiæ Caput meritissimũ, litteris & religione præclarũ.) Ignorat planè limitem ingés gaudium; & propria irrequietum sede præfixas sibi metas impatiẽti alluuione trãsgreditur: exhilarauit equidẽ tuus religiosam tuam familiã sat exoptatus accessus, & par votis ingentibus respondit gaudium. Sed quid? intrà domesticos se se coarctaret parietes? Absit profectò: neq; enim aut ita exiguum est, vt innato suo stagnaret domicilio; aut ita auarum, vt sua in alios fugiat deriuare fluenta. Exuberauit sanè: & natiuũ tuæ familiæ alueum prætergressa lęcitia in nouas prodigo torrente ripas exundat; hodieq; nostræ, nec minus tuæ, Societatis fores vltronea succedit. O faxit Deus, conceptos animus lingua abstetricante parturiat affectus! nostris certè satisfacerẽt votis, sed adhuc tua merita non æquarent: sic quemlibet quantumuis maximũ anteuolas affectum. Deuinxisti dulcibus humanitatis tuæ vinculis nostrã Societaté, quæ iam vel primo aspectu tuo, & capta & prosperata se tibi omninò debitam profitetur; & in maximi debiti, licèt non ęquam, solutioné encomiasticam hanc tibi prælectionem destinauit: erit beneuolentiæ secretioris interpres. O vtinam plenum sit nostræ ergà te gratitudinis argumentum. Arduũ quidem opus mihi pro religione tuam, & religionis tuæ aggrediẽti panegyrim, quam virtutum tuarum copia facilẽ, ast reddidit modestia tua difficilem. Vnum tamen in re valde ardua solatium patet; quòd tuæ scilicèt naturæ, grãtiæque sic dotes excrescant, vt quamcumque etiam sublimiorem ex superent laudationẽ, cuilibet semper elogiò superstites. Quid testimonia cõgeram, vbi quot adstant in hoc nobilissimo

Senatu viri, tot stabutæ veritatis suppetunt testes? imò quod plus est, vbi efficaciori, & viuo tu te ipsum testaris argumento. Quid ergò encomiaste munus formidem, vbi potiùs tuis nec etiam longè satisfecisse meritis, quàm assentatoris (quod verebar) periculum timendum est? Quid panegyristæ personam timeám; vbi tu te ipsum tanquam virtutum exemplar in solo vultu, melior tui panegyrista prodis; me què ad tua elogia, etiam nolente te, nescio qua efficacitate persuades? Annon gratulatorē induam; quandò tuus nobis sat expetitus aduentus grates tibi reddēdas sitibundus expostulat; & tandem quandò tua religiosissima familia festiuum sui Parentis celebratura aduentū, delitijs affluēs, & in hilares resoluta acclamationes Societatem nostram sui consortem gaudij, ad tui aspectus faustissimum commercium, & ad iure meritos inuitat applausus! Plaudet tanto hospiti pro Societate prælectio nostra; & gaudebit suo fortunata Præsule religiosa famiia. Præsulem inquam, qui se Prælatum probat exactissimum, dum suas animo iam pridem complexas, nunc cospectu suo visitat Prouincias.

Vix Iosephus meritis magis, quàm fortunæ alea ad Ægyptij imperij fastigium accessit, cùm suo Imperatoris satisfacturus muneri subditam sibi Prouinciam visitauit. *Egressus est itaque Ioseph ad terram Ægypti, & circuiuit omnes regiones Ægypti*. Quasi non aliter, quàm inuisendo munia posset gubernatoris explere. Quod mirificè his verbis Philo Iudæus commendat. *Regius Vicarius assumpta Ægypti procuratione obibat eius regionis præfecturas, & oppida: omnibus nouū magistratum officiosè ac hilariter excipientibus; quos tum beneficijs, tum comitatee sibi duinciebat, elucente in ipso vultu hominis eximia quadam gratia.* O quàm in te, Præsul meritissime, hæc verba tornantur! Pharium illum gubernatorē Regium Ægyptus venerabatur Vicarium: Te Vicarium generalem ingenti plausu Castella, & Aragonia suscepit. Ille

Genes. 41

Philo, lib. de Ioseph.

Ille *assumpta Ægypti procuratione obibat eius regionis praefecturas, & oppida*; & tu assumpto tantæ religionis clauo ad laborem promptus, excubans ad curas, prouidus ad negotia, Prouincias tuas, & oppida perlustras. Illum *officiosè omnes achilariter excipiebant*: ad tui aduentum omnium in te vnum officiosa conspirant obsequia, largiter omnium scaturiũt gaudia. Omnes ille *tum beneficijs, tum comitate sibi deuinciebat*; & tu suprà modum beneficus, & comis suaui quodam beneficiorum aut veneficio, aut tyrannide, & blanda tuæ humanitatis violentia subditorum tibi captiuas affectus. Sic vniuersorum animos beneficijs tibi, & comitate deuincis. Pariterque cõspectu tuo fortunam ominaris, innuis patrociniũ. Faue igitur, & tuam mihi obsecranti humanitatem suggere; neque enim quæ omnibus spontanea se se offert humanitas, par est, quòd mihi imploranti deficiat. Huic fido, & Euangelici Isaiæ commentationem aggredior.

Spiritus Dñi super me, &c.

SI litteralem huiusce loci Euangelici Vatis perscrutemur sensum, harmonica Christo D. consonat ferè Doctorum omniũ interpretatio; Athanas. Hieron. August. Beda, Rupert. Hugo, & alij, quos in re aperta tædet recensere. Imò & ipse Christus D. Luc. 4. in se hoc adimpletũ esse vaticinium testatur; cùm enim nõ multò post allapsum in columbæ speciem in Iordane supernũ Spiritum, Synagogam Iudæorum Christus appulisset, *traditus est illi liber Isaiæ Prophetæ; & inuenit locum, vbi scriptũ erat; Spiritus Dñi super me, propter quod vnxit me, & c. Cùm plicuisset librum, reddidit ministro, & sedit, cœpit autem dicere ad illos; quia hodie impleta est hæc scriptura in auribus vestris.* Quis ergo de Christo D. vaticiniũ hocce

Athan. or. 2. contra Arrian. Hieron. hic Aug. lib. 15. de Trin. c. 26. Bed. in Luc Rupert. & Hugo hic. Luc. 4.

accipiendum abnuat, quod ipse Christus D. de se primus cō mentator exposuit? Vaticinatur enim Isaias Christum D. super quem in Iordane Spiritus Dñi tanquam super augustum maiestatis solium, vt illū vngeret, pacate requieuit; eumdemque ad euangelizandum pauperibus missum, captiuorumque Adamidum Redemptorem prophetico præsentit afflatu.

Age verò; & constituta Isaiæ verba ad tanti Præsulis optatissimum aduentum liceat mihi in præsentiarum non inconcinnè deflectere. Verùm vt iniunctum mihi munus perfectiùs obeam, opus erit, cunctos statuti thematis articulos sigillatim pectendo in panegyricas latiùs probationes contexere.

Spiritus Dñi super me, eò quod Dominus vnxerit me.

VNGI à Domino in sacra Pagina idem, quòd in Regem, Ducem, aut Præsulem euehi, ac cordi Doctorum calculo insinuat. Vnde hunc deliquatum sensum relata Isaiæ verba propinant. Hizome Dios su Principe, y Prelado; y por esso me comunica su diuino espiritu. Quos enim in Ecclesiæ Præsules diuinum destinauit numen, supernum illis inspirat spiritum. In Ecclesiæ capita vngebantur Apostoli, & ecce Spiritus

Actor. 2. Domini ignitam linguæ formam indutus *Sedit super singulos eorū*. Sed ad quid super Ecclesiæ Præsules Spiritus Domini? Vt videlicèt subditorum ad curam, assiduamq; visitationem leni sed efficaci motu opportunus impellat.

Diuagamini tantisper, Audirores optimi, ad oculares illas Ezechielis rotas, in quib⁹ gloria Dñi vecta triúphabat. Ecce *Spiritus vitæ erat in rotis*. Ast quis vitæ Spiritus?

Aug. In Ezech. c. 1.

Super;

Supernus sanè spiritus, vt Hugo Cardinalis mysticè vsurpat. Quid ergò super volucres Spiritus Domini aurigatur rotas? Rotas sciscitaminor, loquaci enim oculorum conniuentes nutu abstrusum mysterij sensum emedullant. Rotæ illæ intersertis emicabát oculorum luminibus, quibus quasi rotatiles Argos omnia, dum circumagerentur, perlustrarent: *Et quocumq; ibat spiritus, illbat eunte spiritu, & rota pariter eleuabantur sequentes eum.* Gouernaua el espiritu las ruedas, a quien ellas de ojos, y de coraçon seguian, sin diuertir vn punto el curso, de lo que a los ojos les intimaua el espiritu. Oculares illæ rotæ, vigiles ad subditorum curam iuxta Cornelium nostrum Prælatos insinuant; En quienes tantos ojos veladores bien dizen, son para q̃ visiten con sus proprios ojos sus subditos: *Gubernator* enim, inquit Oleaster, *debet visitare, & videre suis oculis, quæ sibi cõmissa sunt.* Et bene Spiritus Domini inerat ocularibus rotis, vt superno moderante extimulatæ spiritu, ad visitandú oculis, quæ sibi commissa sunt, impetu feruenti voluantur. Pues el espiritu diuino es, el que animando estas ruedas Superiores, las haze a impulsos de su aliento mouer de su perezosa quietud, poniendolas en camino, para q̃ vean con sus mismos ojos la grey encomendada: & ad hoc sanè Spiritus Domini erat in rotis. Enim vero in illo est Spiritus Domini, qui in Prælatum erectus, quasi ocularis rota ad visitandum oculis, quæ sibi commissa sunt, superno impulsus spiritu mouetur. Ille què verè Præsulem, & ipsum meritissimum adimplet, qui non inerti otio, aut propriæ quietis centro defigitur; sed tanquam volubilis rota haud certa sede, & statione moratur; & irrequieto motu, como el primer Moble que es de su Religion, ad cunctas sibi obtemperantes domos rotatur: nam dum mouetur rota, quò suus illam spiritus vrget, pariter rota Religionis moles fœlici cursu, & gyratione procedit. O Præsulem eximium, rotam ocularem, quæ suis oculis sibi commissum gregem inuisit;

Ezech. c. 1.

Cornel. in Ezech. c. 1.
Oleaster, in Genes. 41.

inuisit; & dum suo, quem supernus moderatur spiritus, faustissimo rotatu ad Prouincias suas, & nunc tractum Granatensem gyratur, vniuersam suam familiam ad altius promouet celsitudinis fastigium!

Vlterius prouehamur. *Spiritus Domini super me, eo quod Dominus vnxerit me, vt prædicarem captiuis indulgentiã*. Hæc Isaiæ verba apertè innuunt, super illos esse Spiritum Domini, qui in Præsules vncti captiuis prædicant indulgentiam, dùm in Redemptorum munus adoptantur.

Quiso humanarse al saco tosco de nuestro ser la purpura mas diuina: quiere vestirse en las entrañas de MARIA Sãtissima. Lleuale vn Cortesano del Cielo la embaxada: suspende MARIA el assenso, y entre suspensa, y confiada pregũta. *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* Paremos aqui el discurso, que bien puede permitirse el parẽtesis a vnas palabras de Agustino. Aduierte esta pluma de Aguila la tardança en responder de MARIA, y al hombre, a quien cautiuo pendia de tal boca su libertad, y dize. *O Beata MARIA sæculũ omne captiuũ, tuũ deprecatur assensũ; te apud Deum mundus sua fidei obsidem fecit*. O Señora, agora detenciones? Mirad a los calaboços del mundo, donde el hombre aherrojado en duro cautiuerio, humilde os ruega el assenso, en quiẽ tiene librada su libertad. Pues que; por ventura MARIA con su palabra ha de redimir cautiuos? Si. Que desde entõces puede aquesta Señora gloriarse del renombre lustroso de Virgen de la Merced de Redencion de cautiuos: y este apellido le da S. Efrẽ Siro. *Tu captiuorum redẽptio. Te apud Deum* (proseguia Agustino) *mundus sua fidei obsidem fecit*. El mũdo os ha puesto Señora en rehenes para cõ su Dios. Que esta prẽda soberana en rehenes quedò de nuestro cautiuerio, miẽtras al cielo se pagaua el justo rescate. Y aun de aqui entiendo yo copio puntual esta sagrada Religion vna gloriosa costumbre; y es, que si el q̃ và a redimir cautiuos reconoce alguno, a quien el maltratamien;

Luc. 1.

Aug. homi. 1. in Annũtiat. B. M.

S. Efrẽ Syrus, ser. de laud. Virg.

Villegas, 1. p. Vita Christi, c. 55.

tamiento, y dilacion de sus penas tienē vezino à negar cō la Fe la lealtad à su Dios, estè obligado, si el rescate falta, à quedarsé el mismo en rehenes; siēdo su libre, y vltroneo cautiuerio el rescate, con que mas noblemente compra al cautiuo la libertad, *suæ fidei obsidem fecit*. Iam ergo ad Paranymphum, dulciter distractum cursum conuertamus; qui hæsitanti Virgini sic aptè respondit. *Spiritus Sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi*. Essa es obra, Señora, del Espiritu Santo, que en vos ha de venir. Para q̄ Angel Santo? Dizelo el V. Beda. *Superueniens in Virginem Spiritus Sanctus in vtero illius sanctum ac venerabile Redemptoris corpus creauit*. Formauase en las entrañas de MARIA vn Redentor; pues que mucho le assista el Espiritu Diuino. Que quien se ostenta por Redentor de cautiuos por Predominãte ha de tener al espiritu soberano. *Spiritus Domini super me, vt prædicarem captiuis indulgentiam, &c.*

Luc. 1.

V. Bed. sup. Euangel. Missus est. Ad versic. Spirit' S. superueniet.

Verùmtamen ne peruios hic clarissimæ huius religionis honores importuno videar silentio funestare, nobilissimi illius fundaméta ab ipso Mariano vtero per piam liceat audaciam auspicari. Pues parece que el claustro virginal de MARIA fue la fundacion primera desta sagrada Religion, donde residio el primer Redentor de cautiuos, que conocio el mundo, de la Virgen de la Merced. O fortunatā familiam, quæ talem meruit habere Redéptorem.

Ad annuntiandum mansuetis missit me.

PRO *mansuetis*, Septuaginta transtulere *Pauperibus*; quos S. Lucas hunc Isaïæ commemorans locum insectatus est. Et certè in Hebraico fonte maxima vtriusque nominis elucet affinitas, quia

Tert. lib. 4 cōt. Marcion. Euseb. lib. 3. c. 1. demonstrat. & lib. 9. c. 10. Bed. in Luc. c. 4. Euseb. lib. 8. demōstr. in gloss. ordin. & Nico. Lyr. hic

quia Pauperes *hhanyim*; mansueti vero ab eadem radice *hhanauim* nuncupantur; sub quorum Pauperum nomenclatura Tertul, Euseb. & Beda pauperes spiritu designari autumant; Religiosos fas sit interpretari, que estos mas propriamente son lospobres de espiritu, quos non coacta corporis, sed spiritus vltronea Paupertas, exoptatæ egestatis allectauit illicio. Pero que Religiosos pobres son estos, & vt Græcè rigidiùs legitur *ptocois* id est, *Mendicis*, mendicantes? Irradiet huc perspicua suæ dictionis face Eusebius: *Nos pauperes vocamur, quos secundùm Deum mendicos Saluatoris alit sermo*; Los mendigos segun Dios, o los q̄ espōtaneamēte por Dios se han hecho mēdigos, a quienes alimenta el Saluador. Este nombre *Saluator*, cosa repetida es, que es lo mismo que *I E S V S*. Ea pues; que ya entiendo de que mendigos Religiosos habla mysteriosamēte Isaias: De los Religiosos pobres de la Compañia de Iesus. A estos pues pobres de Iesus, a mi Religion santa, es a quienes oy la vista de tan ilustre Prelado anuncia el feliz colmo de sus mayores alegrias, *ad annunciandum pauperibus misit me, mēdicis secundùm Deum, Saluatoris siue IESV.* His euangelizatur hodie gaudium magnū. Que en tal venida libra mi Religion el logro de sus dichas, y afiança la seguridad de sus gozos.

Ecclesi. 43 Cornel. super hunc locum.

Nec mirum est, dum in Societatis hemisphærio tantus Prælatus exoritur, aspectu suo annunciet gaudia, prosperitatē portendat. *Sol in aspectu*, dize el Eclesiastico, *annuncians in exitu.* Este exitus dize nuestro Cornelio, *non occasum, sed ortum significat; hunc enim Hebræi vocant Metsa id est exitum, siue egressum.* Agora pues explico a mi intento al Ecclesiastico; como si dixera: *Sol in aspectu!* Viene a ver nos el Sol, tenemosle presente? Aquel Sol, digo, q̄ es General de esse Cielo. *Luminare majus.* Pues *annuncians in exitu*, en essa su venida, en essa salida de su casa a vernos, *in exitu*, a vozes eloquentes de sus rayos nos viene publicando

buenas

bũenas nueuas, que esto denota *annunciare*, nuncia læta afferre. Que; mal pudiera salir de su casa el Sol superior del vniuerso para visitar al mundo, sin lleuarles libradas en cada luz mil alegrias, en cada rayo mil gozos.

Insignem hunc solaris lampadis typum Principibus effigiandum Plinius obiectat. *Debent enim*, inquit, *velocissimi syderũ*, nimirum Solis, *more omnia inuisere.* Ha de andar vn Principe, y Prelado en mouimiento perpetuo para visitar sus subditos; copiando en esto el cumplimiento exacto de su ministerio al Sol. Hunc *syderum cœlique Doctorem* Plini⁹ indigitat, *luminum Principem ac moderatorem* Tullius. Ha zenle General del Cielo, y Gouernador de Estrellas; & ò quàm se egregium in subditorũ syderum regimine gubernatorem exhibet! *Neq; motui vnquam suo, neq; beneficijs finem faciens*, como dize del Nazianzeno. (Lindas propriedades de vn Sol superior; ni descanso en su carrera, ni en sus beneficios tassa) Neque enim in aureo suo radijs fabrefacto palatio ad quietem torpẽti pe[illegible], aut segni perotiatur rota; sed impigro motu, & indefesso rotationum penso omnia subiecta sibi sydera inuisit, *cœlique domos, ac signa perrerrat*, sin que el trabajo de su anual tarea retarde el passo a la visita cuydadosa de sus astros; no se le queda casa en el Zodiaco, q̃ no visite. (Et sanè ea Zodiaci signa ab Astronomis domus, Solisq; hospitia assueuerũt cognominari.) O Sol luziente, y que bien te muestras General del Cielo *luminare maius*, quando assi visitas las casas de tus subditas estrellas! Et ò te Præsulem eximium, meliùs quàm Sol, *syderum cœlique rectorẽ*! Blaucas estrellas son, quãtos en el cielo de vuestra Religiõ, o en el ordẽ de vuestro cielo, *Ordinẽ cœli*, q̃ dixo Iob, vistiẽdo en el abito nieue, y esparziẽdo en la doctrina luzes, os veneran obedientes por general autor de sus rayos, y gouernador del orden de su mouimiento.

Zodiacum circulum in Ecclesia Anastasius Sinaita ad

Plin. in panег. Traiani.

Plin. 2. c. 6. Cic. in sõno Scip.

Naz. orat. 24. quæ 2. de Theolog.

Anast. Sin lib. 4. Hexam. xxv.

rem nostram opportunè cōstituit; in quo in Virginis signū Virginem Deiparā assignauit, & eos, qui propter Regnū cœlorū blandiētibus corporis se subtraxere delitijs: quod Religiosis consonat aptissimè; y a que Religiosos, sino a los q̄ en el Zodiaco de la Iglesia se hallan en la casa, o signo de Virgen delas Mercedes! Hincque, amplissime Antistes, Solis annuos in moderādo imitaris labores, relictāque lucis orbitam insectaris, cùm cœlestis tuæ familiæ domos seu signa (Ecclesiæ meliùs dicam Zodiacum) solis in morem, sed sole gloriosiùs assiduo motu perlustras; y al entrar en la casa de la Virgen de la Merced, quis solem in domo seu signo Virginis cōmorari inficiabitur? O valgame Dios, y como el Sol en este signo pronostica felicidades? Lindos años promete; prosperidad anuncia, *ad annuntiandum misit me*. Bien afortunados son los que mas de cerca reciben sus influencias.

Verùm nisi falsus illudor, no desse sol material. Sed à diuino iustitiæ sole hūc visitandi motū didicisti. Cùm enim supremus ille designaretur mundi Princeps, & *Pastor animarum nostrarum*, sedulam hominum curam inhians, & pastoralis muneris adimpletionem ambiens, æternū gloriæ solium, aulamq; contemnēs subditum sibi gregem in solis morem statuit visitare. *Visitauit nos oriens ex alto* sol ille iustitiæ, in cuius pēnis sanitas. Vino aquel Sol diuino a visitar su ganado; y la primera casa q̄ visita, es la de MARIA Santissima, aquel signo luziēte de Virgen, que dixo Anastasio Sinaita, aquel signo grande del Cielo, que dixo Iuan en su Apocalyps. *Signum magnum apparuit in cœlo Mulier amicta Sole.* Que si salia a visitar como superior sus casas el Sol de justicia, claro està auia de entrar en la casa, o signo de la Virgē, Sol in Virgine, y Virgen, cuyo abito en ser tā blanco, q̄ era su vestido el Sol. *Mulier amicta Sole*, biē nos dize, que era la Virgen de las Mercedes. Sic diuinus ille iustitiæ Sol visitationis tuæ impressa tibi reliquit exēpla.

1. Petr. 2.

Luc. 1.

Vt

Vt prædicare captiuis indulgentiam, & clausis apertionem.

DISERTIVS adhuc Vatablus, & S. Pagnin⁹ vertunt. *Vt prædicarem captiuis libertatẽ, & clausis apertionem carceris.* Appositè hic Arias Montan⁹, Isaias, inquit, hic *ad seruitutem Ægyptiensem alludit, iubilæi quoque respectat annum, quo captiui ac serui in libertatem vindicabantur*. In his enim verbis, acerbissima seruitute oppressis in Babylone Israelitis aurea iuxta hunc Doctorem prædicitur anxijs animi votis iam dudum expetita libertas, quãdo suo affulgente Redemptore, quæ ferrea prius vexauerant, iucundissima metamorphosi aurea tunc transformarentur in sæcula.

Arias Mõta. in Isai. c. 61.

O quàm aptè, Cætus religiosissime, propositá tibi appingam Isaiæ sententiam, quæ in te tanquam in congenitũ suæ veritatis centrum natiuo pondere inclinat. Religion santissima, que lustrosamente se gana el glorioso timbre de Redentores, en quien ilustremente triunfan despojos del cautiuerio, padron eterno de la libertad. Hic sua populis in tutissimum asylum libertas erexit vexilla: pues sin duda vandera es el manto candido de MARIA, donde se alista quanto cautiuo milita por su libertad. Hoc ete nim est signum, *quod leuauit Deus in nationes, & congregauit profugos Israel, & dispersos Iuda collegit.*

Isai. 11.

Voto haze esta sagrada familia de redemir cautiuos. O rem planè maximam! Apud Hebræos captiuorum redẽptio *mitsuab rabab*, id est *præceptum magnum* nuncupatur. Et hinc ego hocce illustre Redemptionis votum magnũ audebo compellare; que muy bien puede llamarse entre los demas votos el grande.

Apud Nouar. lib. 12. Schediasm sacro proph. n. 7.

Iniice pedem tuum in compedes illius. Ait Ecclesiasticus de D.ediserens Sapientia. Sed quæ compedes istæ? Inter alios in hanc coeuntes mentem vnum egregium excipite Scholiastem, *Monastica leges compedes appellantur, quia professores suos irreuocabili voto tanquam inextricabili catena constringunt.* Leyes, que son grillos, voto, que es cadena, ò cadenas por voto mucho me suenã al voto de redimir cautiuos, pues la materia de voto tan ilustre, grillos son, y cadenas, despojos, cõ que del cautiuerio triunfa la libertad. En aquellas cadenas asperas de Argel suauemente se ha aprisionado esta Religion sagrada, quam dulcibus charitatis vinculis, captiuos verò ferreis seruitutis nexibus eadem catena cõstringit. Sed ò catenæ ferreæ millies fœlicissimæ! ò redemptionis votum vinculum charitatis, in quo nulla est redemptio; ast quàm fœliciter? *Votum ad alligandos Reges, seu Duces in compedibus, & nobiles illius in manicis ferreis,* in captiuorum nimirùm compedibus, quos dura seruitus premit. Subi igitur faustissimè spontaneum hunc catenarum laborem, Redemptorum Religio. Que; essas cadenas de hierro, en que con dulces ligaduras la caridad te enlaza, corona seran a tus afanes gloriosos, si creemos a Chrysostomo. *Te catena coronabũt*; y si fiamos de Agustino; cadenas de oro seran a tu cuello, las que de hierro fueron antes al pie de tus cautiuos. *Incipit à vinculis ferreis*, dize Agustino, *finitur ad torquem aureum. Dictum est enim de sapiẽtia; & torquem aureum circa tuam ceruicem. Non tibi imponeret torquem aureum, nisi priùs in compedibus ferreis te alligasset.* Es ingenioso alquimista el amor diuino, y en sus ardiẽtes fraguas trãsforma en collares de oro prisiones duras de hierro. *Incipit à vinculis ferreis, finitur ad torquem aureum.* Y primero se ha de sujetar el pie a los grillos de hierro de cautiuos. *Iniice pedem tuum in compedes illius*, que la cadena de oro adorne bizarramente al cuello. *Non tibi imponeret torquem aureum, nisi prius in compedibus ferreis te alligasset.* Prop-

Mendoza, in libr. 1. Reg. c. 1. n. 11. sect. 2. n. 5.

Ps. 149.

Chrysost.

Augu. sup. Ps. 149.

 terea;

tereàque benè in strictissimas ex voto compedes non tàm pedes, quàm animum iniicis, Redemptorum Religio, vt ferrea hæc captiuorum vincula in aureos tibi ad ornatum, & liberæ captiuitatis trophæum torques annectas.

Cadenas de oro, q̃ pudiera qualquiera en albricias, de los cautiuos mismos prometerse en la venida de tan ilustre Prelado, qui in Redemptorem assumptus, *captiuis prædicat indulgentiam, & clausis apertionem carceris*. Dumque ad sublime Ducis, ac Redemptoris munus euehitur; traditum sibi candidatum gregem auspicio lustrat fortunatissimo. Quem strenuum Moysis antelucanum præiuit exemplum. *Hunc Deus Principem, ac Redemptorem misit*, & vt Lorinus noster exponit; *Solutorem pretij debiti pro captiuitate*. Hazele Dios General de su escogido pueblo, y Redentor de cautiuos; & vbi primùm se diuinitùs electum in Israelitici populi Ducem, ac Redemptorem agnouit, statim ad suum exequendum munus pennato cursu festinat. *Ascenditque in cor eius, vt visitaret fratres suos filios Israel.* A visitar sale luego a sus hermanos. Que si atento se reconocia Moyses por General del pueblo de Dios, y Redentor de cautiuos, fuerça era, que a esforçados alientos de Superior, hollando imperiosamente el trabajo, se pudiesse en caminos, para visitar cuydadoso a los que ya el cielo le auia destinado por subditos. Sin que el Generalato fuesse cebo del descanso, sinò espuela al trabajar. Statim ac, Præsul meritissime, in populi Dei, religiosissimæ nempe familiæ tuæ, Ducem, & captiuorum Redemptorem erigeris, labori munus præferens, otio ærumnas, visitas Fratres tuos, vt clientela tua foueas, Sollicitudine incrementes, aspectu tuo fortunes; tandemque vt *captiuis* annunties *indulgentiam*, & clausos asseras in libertatem.

Act. 7. Lorin. ibid.

Excutere igitur de puluere, consurge, sede Hierusalem, solue

vincula

ounc ula colli tui captiua filia Sion, vos, inquam, quos patria extorres, libertatis expertes, ærumnosis que addictos ministerijs tyrannorum vinctos recondunt ergastula, effusa iam iam in gaudia liquiminor; quia vestræ libertatis adest iam strenuus assertor sub quo sine auro, aut *argento redimemini*, pacto dumtaxat sui conspectùs pretio.

Et tu Progenies superùm, quam magna beauit
Orbe Parens, proprioque sibi quam stemmate finxit;
Exere læta caput, tanto redimita Parente.
Ecce tibi, quem vota animis iterata vocabant,
Præsul adest; expande sinus, lucisque nitores
Ebibe, si locuples radiorum copia cingi
Se sinit, aut patitur maiestas margine claudi.
Terrestrem iam deinde polum te iure vocabo,
Quem non cæruleus, sed candidus ambit amictus;
Candidus est, etenim radiantis lumine candet
Præsulis; exorto Phœbo ceu candicat æther:
Aut quia cœlestis tanquam via lactea terræ,
Pignora quam radijs Nolasci vt sydera pingunt;
Vestibus albescit candore notabilis ipso.
O te fœlicem, aspectu quam Præsul amico
Nunc beat! ò quantum posthac tibi nascitur Astrum!
Astrum, quo æternum patet indulgentia Diuum:
Fœlicesque dies, semperque benignior axis.
Lumina diffundens dum te hæc Cynosura gubernet;
Fortunata solo te semita ducet ouantem,
Innumeros donec numerabis in æthere fastos
Fortuna secura tuæ. Et tu, Maxime Præsul.

Hæc ad tui expectatissimum aduentum Societatis nostræ scaturientia vndique profusæ alacritatis signa, pullulantes ingentis beneuolentiæ notas, erumpentiaque offi-

ciosæ

ciosæ gratitudinis argumenta, quā ad ſoles, humaniſsimus comitate ſuſcipias. Exigua eſt, ſi magna tua dimetiamur merita, hæc noſtra exiſtimanda repēſio; ideoque animum, non encomia iacto; quem ſi attendas, fortè obligationi noſtræ, quam fatemur maximam, ſatisfeciſſe arbitraberis. Munus ergo hocce noſtrum affectu magis, quàm lingua contextum, benignitati tuæ dicatum accepta; vt acceptatione tua ad magnitudinis, qua indiget, & quam ardenter expetit, culmen faſtigietur, erit enim maximum, ſi illud humanitatis tuæ tholo tanquam anathema ſuſpendas.

L E G I



PARA COLMADO

LOGRO DE TAN FESTIVO DIA, DESCOGIO tambien la Retorica ſus luzes. Siguieron las humanas letras la luziente huella de las diuinas; y aſsi acabada la licion de Eſcritura, ſalieron de Retorica tres niños, tres gracias de poca edad, que con igual retorica de vozes texieron en alternado harmonico accento eſta Elegia.

1 *Heu Titan, celeres agitas, qui in plauſtra iugales;*
Lunaque, nocturnas quæ regis Axe rotas:
2 *O vos, quæ tremulis flagratis lucibus, Aſtra;*
Inuidaque ad Solem conditis Axe iubar;
3 *Ætherei heu orbes, veſtro qui ſæcula motu*
Orbe datis, curſum ſiſtite præcipitem.
1 *Heu Titan, nouus ecce ſolo, non æthere Phœbus*
Emicat, ardentem condito, Phœbe, facem.
2 *Quadrupedes, Sol, ſiſte leues, ſtatione diurna*
Præcipites, refugo vel pede ſiſte gradum.
3 *Siſte gradum, Dictynna, tuum; vos ſiſtite & Aſtra;*
Aduentum auguſti teſtificata Patris.
1 *Eia age feſtiuos inter noua gaudia plauſus*
Promite, gratantes fundite & ore ſonos.
Lætitiæ noua ſigna tulit, queis pectore ſummo
Exhilarant noſtros gaudia læta ſinus.
2 *Lucida turba veni, manibuſque per aera nexis,*
Non vos pœniteat conſeruiſſe choros.
Pandite cœleſtes reuoluto cardine poſtes:
Sol venit; è cœlis eſt modò facta via.
3 *Lucidior noſtras (ò ſors!) migrauit in ædes*
Phœbus; anhelantes occupat ecce lares.
1 *Lucida turba veni; Sol noſtras venit in oras;*
Æthera non vobis deſeruiſſe pudor.

2 Eia age, Phœbe Parens, pulsis ad carmina neruis,
Dulcisono resonet murmure docta lyra.
3 O vos plaudentes gratanti carmine Musæ,
Non querulæ vestrum concelebrate Patrem.
1 Concelebrate Patrem, quem sæcula grata tulere;
&c. Concelebrate Patrem vocibus, & fidibus.
2 Iam mihi festiuis resonant noua gaudia labris;
Iam mihi ferre modos gestit eburna chelys.
3 Heu! noua lætitiæ exhilarat mihi copia pectus;
Dum Patrem fausta cernere sorte datur.
1 Ecce nitens Phœbus, faciem quem plurima circum
Lumina dant, patrio sidera adusta rogo.
2 Ecce benignus adest, IESV numerosa propago,
Princeps, paxque lares occupat alma tuos.
3 Ecce venit Princeps, iterato fœdere pacis
En soboli IESV nectere vult Socios.
1 O ego, si resono percurram pectine neruos!
2 O ego, si [illegible] modulos!
3 O ego, si arguto sonarem carmina plectro!
1 O ego, si cantus edere Musa daret!
2 O ego, si dulci modularer pollice chordas!
3 O ego, si flueret dulcius ore melos!
1 Plaudenti laudes resonarent carmine labra,
Fistula vel tenuis, Præsul amande, tuas.
2 O tu, fœlici dederunt quem sæcula fato.
Te canit Hesperiis garrula fama plagis.
Sidere nunc fausto, Præsul venerande, Penates
Hos lustra, vt flagrent nobiliore rogo.
Nobiliore rogo, flammaque ardebimus omnes.
Nobilior rogus est, cùm tuus ardet amor.
Compede non releuas vinctos? non vincula captis
Dissoluis? Cur nos vincula in arcta paras?
Anne paras vincla, ad te vt cogant, Præsul, amandum?
En dedimus faciles ad tua vincla manus.

Obtuli-

Obtulimus blandè religandum vinculo amoris
Pectus; amorigero colla premenda iugo.
Corda ligas, Præsul; quis enim quis vincla recuset
Dulcia? Quis vè manum, quis vè pedem retrahat?
Aurea torquis erunt nobis tua vincula: vinclis
His humeros onerat? non, sed honorat amor.
O amor! ò sors! ò fatum, quod in aurea vincla
Nos dedit! augusta compede dignus amor.
Pectus amans, hæc vincla suis hæc vincula templis
Figet; amoris erunt pendula signa tholo.
Eia age, felices numeres, ò maxime Præsul,
Annos, dum vita tempora fata beant.
3 *Macte animo, Pater, & Princeps, quem candida vestis*
Cingit, qui pennis cygnus in astra volas.
Albentes imitata niues velamina sumis:
Quando vestis erit murice tincta rubro?
Salue magne Parens, te fœlix infu[illegible]ingat;
Ornet & augustum fausta Thiara caput.
Quod petimus, Deus ipse dabit, te ad culmina honorum
Attollet; nobis sat petiisse siet.
Te vaga fama canat, Pater ò, cui plurima Merces
Seruatur cœlo, sors benè digna tui.
Carmine dulcicanens semper tua cantet Apollo
Nomina; te Præsul, musica Musa canat.
1 *Nomina concelebrent populi, qui sera cadentis*
Solis in Oceanum fulgida plaustra vident.
3 *Fama ferat laudes, quà surgit lucidus vndis*
Phœbus, & Eoi quà maris vnda rubet.
1 *Vmbrifer ardentes quà condit vesperus ignes,*
Quaque vigil spargit Lucifer Axe rogos.
2 *Parce, precor, modulis, Præsul, quos maxima amoris*
Vis, vix conceptos parturiit subitò.
3 *Nec te immaturos pudeat tenerà arbore fœtus*
Spectasse; ecce tibi dulcior aura sonat.

LAVS DEO.

AL RECLAMO DESTE LATINO POEMA, RESONO EN ESPAñol otro niño, que cifrando en breue esfera de edad gran copia de admiraciones, orò con bizarro, afectuoſo, retorico aliento eſte Romance, ſombra, ſi bien pequeña, de mas dilatados interiores afectos.

QVando en ſu efimera el Sol
 ſue luſtre el mas del orbe
naciendo nacar al dia,
rubi eſpirando a la noche
Iua a apagarſe en las ondas,
donde el pielago ſalobre,
por deſmentir humildades
ſus galas las viſte al doble.
Quando bañaua eſſe mundo
de macilentos horrores,
(donde voy? dõde camino?
turbaciones ſõ devn hõbre,
Padre, y Señor, q̃ en tus rayos
aduierte luzes mayores,
y del deſpeño a la duda
hizo el peligro vniforme.)
Digo, que quando bañaua
de macilentos horrores
todo el Sol la menor fiera,
ſu menor luz todo el boſq;
Allà en campos de zafir,
allâ en otros ſuperiores
dictamenes bien luzidos,
aunq̃ muy a buenas noches;
Se juntaron de eſſe cielo
las tropas ſiempre velozes,
a no ſe que diferencia,
a no ſe que emulaciones;
Sol [illegible] era bien el luto,
q̃ el mayor Planeta impone;
a luzes en las eſtrellas,
y a tumulos en los montes.
Porque el faltaua del mundo,
porque el mũdo le conoce,
y como le eſtima rayos,
ſombras es bien q̃ le llore.
A dictamenes diſtintos
el diafano rumbo en cortes
tantas, como mueſtra luzes,
tantas fulminaua vozes.
Pues que Sol ay, ſea el ſolo
(dezian) ſea disforme
jayan de luz a la viſta,
ſalamandra a ſus ardores.
Coraçou de aqueſtos cielos,
vanidad de aquellos orbes,

culto

culto deuido de estrellas;
cortejo galan de flores.
O sea lo que se fueres
pues que Sol nos interrõpe
gozos a todo luzir,
y leyes a toda noche.
Si tenemos de Merced,
(todos dizen vniformes)
el Bláco de nuestras dichas,
y el colmo de los fauores?
pues falte; espire esse sol;
q̃ si alguien se descompone,
o viue de apassionado,
o muere de sus passiones.
Salio en vltimos decretos
al fin del conclaue mobil
con puntos de las estrellas.
y vna sola firma noble.
Al fin de tanta verdad,
al remate de tan docil
junta amorosa luziente,
aunq̃ en esferas de bronze:
Que algun otro Sol mas bello
viua, y viuan sus fulgores,
q̃ antiguas mercedes vista,
que nueuos alientos goze;
A pesar de las que sigue
luminosas estaciones,
Febo en agrados de luz,
Apolo en ardientes vozes.
Porque defiende esta esfera,
q̃ auq̃ ella ẽ trajes es la noche,
se paga mas de Mercedes,
que de otras obligaciones.
Siempre, Señor, son prolixas
las que fueron suspensiones
de amor en obscuridades
quando el afecto supone.
Perdoneme V. señoria
(mi conceto deslizose
en llamarle desta suerte)
Vuessendissima perdone;
Que vale mas esso humilde,
que su modestia dispone,
que quanto el oficio vale,
que quãtos son sus honores.
Que quanto Valencia grita,
que quãto Aragon conoce,
que quanto Algar apellida,
y esta Granada descoge.
Perdone pues tu virtud,
ò grã Padre, el q̃ me borren
las priessas de celebrarte
mis humildes dilaciones.
Mi escuela, señor, trataua,
como minima entre soles,
de consolar su fortuna,
y de desmentir su nombre,
Con alguna dicha grande,
con alguna luz biforme,
que siendo farol al dia,
fuesse Oriente de su noche.
Naces (ò grande) en mi esfera,
brillas, o Sãto, esplẽdores;
q̃ ambiciona todo el pecho,
y que toda el alma oye.
Escuchando mis desseos,
attendendo mis ardores,

y a la nouedad guſtoſa
todo el anhelo interpone
La minima compañia,
para ver ſi reconoces
en logros de poſſeerte
embidias de muchos orbes.
Ya eres nueſtro (ſi) eres nueſtro
que lo eſtá diziédo a vozes,
mas eſte teatro mudo,
que doctas erudiciones.
Pues, que ſe muera eſſe Sol,
que todo el mundo lo llore,
que lo giman las eſtrellas,
que lo ſuſpiren los boſques.
Que importa? viuan tus luzes,
y de las exalaciones
ſea el palenque eſte ayre,
la campaña eſte Orizonte.
Que no ay luzes mas diſtintas,
ni mas hermoſos albores,
ni mas anuncio de vn dia,
ni mas ſuerte de vna noche.
Que bien tu Natal lo dize?
aquel que en ti ſe recoge,
para mejorar de ſitio,
no para mudar de nombre.
Que ſi es *Buen dia* tu patria,
no lo fuera, aunq̃ conforme
en ſu aluergue las viuiendas,
y en ſu alago habitaciones,
Sino te aduirtiera Hijo,
y no te admiràra Heroe.
Mas ya a los orbes etereos
ſe compite deſde entonces
Tu patria; en tu ſer, tu agrado,
y en todo junto diſponen,
como los guſtos el cielo,
los cortejos eſtas flores.
Vn buen dia ſolenizan
el bueno entre los mayores,
viua exemplar de las luzes,
ſi eſcandalo no del orbe.
Y a ti ſolamente aplauden,
aunque mayor te remontes,
Deidad humana a la viſta,
rieſgo preciſo a los hõbres.
Admite, Señor, el culto,
que mil afectos deſcogen,
pobres, como bien nacidos,
y corteſes como pobres.
Mientras en Solio ſupremo
aguarda là Igleſia logres,
prẽdas, cõ q̃ vn mũdo viue,
vida, que mundos reforme.

L A V S D E O.